mum & maximum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ab iſtis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent a.

a *Deut.* 6. *v.* 5. *Leu.* 19 *v.* 8. *Marc* 12. *v.* 30. 3 . *Luc.* 10. 27.

5 *Num hæc omnia perfectè ſeruare potes?*

Minimè *b*. Natura enim propenſus ſum ad odium Dei & proximi *c*.

b *Rom.* 3. *v.* 10. & 23. *Tit.* 3. *v.* 3. 1. *Ioh.* . *v.* 8. . 0. c *Rom.* 8. *v.* 7. *Eph.* 2. *v.* 3. 5. *Gen.* 6. *v.* 5. & 8. *v.* 2 . *Ier.* 17. *v.* 9. *Ro.* 7. *v.* 23.

6 *Num ergò Deus hominem ita pravum & perverſum condidit?*

Nequaquam: Imò verò bonum *d* & ad imaginem ſui condidit eum *e*, hoc eſt, vera juſtitia & ſanctitate præditum, ut Deum creatorem ſuũ rectè cognoſceret, ex animo diligeret, cum eo beatus in ęternum viveret, idque ad eum laudandum & celebrandum *f*.

d *Geneſ.* 1. *verſ.* 31. e *Geneſ.* 1. *v.* 26. 27. f *Eph.* 4. *v.* 24. *Coloſſ.* 3. *v.* 10. 2. *Corinth.* 3. *v.* 8.

7 *Vnde igitur exiſtit hæc naturæ humanæ pravitas?*

Ex lapſu & inobedientia primo-